

Decretum

*Cardinalium ad indicem libro-
rum eorundemque permiss., prohi-
bitionem deputatorum*

d.d. 18. Jan. 1622.



Jh 4654.4



ULB Halle
005 833 302

3







DECRETUM

Sacrae Congregationis Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium, à Sanctiss. D.N. GREGORIO
PAPA XV Sanctaq; Sede Apostolica, ad Indicem Librorum, eorundemq;
permissionem, prohibitionem, expurgationem, et impressionem, in
vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum
vbique publicandum.

187493: 1459



SACRA Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium ad Indicem deputatorum, præfati De-
creto damnat, ac prohibet, vti perniciosos, & pluribus conspersos erroribus, irrefu-
sibus, atq; calumnijs infra scriptos libros: Mandans singulis cuiuscumq; gradus, & con-
ditionis, sub pænis in Indice librorum prohibitorum contentis, vt eos in posterum impri-
mere, legere, vel quomodocumq; apud se detinere minimè audeant, sed illos omnes si
habuerint, statim à præfatis decreti notitia Inquisitoribus, seu locorum Ordinarijs ex-
hibere teneantur.

*Antonij Fabricij Blyniani in Theoriam, & præxim Beneficiorum Ecclesiasticorum methodica, & familiaris In-
troducio. Suspensa donec corrigatur.*

*Casaris Cremonini Centensis in scola Patauina Philosophi prima Sedis. Disputatio de Cælo. Venetijs. 1613. apud
Thomam Balionem, Suspenditur quousque ab Auctore non corrigatur: & si infra annum id non fecerit: Ex
nunc pro tunc prohibetur, atq; ipso facto absq; alia noua declaratione prohibita declaratur.*

*Commedia piaceuole della vita, antica, Romana, Catholica, & Apostolica Chiesa; nella quale da gl' Interlocutori
vengono disputate; & spedite tutte le Controuerse, che hoggi di sono fra i Catholici Romani, Luterani, Zuin-
gliani, Caluinisti, Anabatisti, Suenfeldiani, & altri, per conto della Religione.*

*Prascheni, siue preparatio pacificationis Controuersarum, qua exorta statim post millesimum à Christo annum, in
immensum his sexcentis elapsis annis excreuerunt. Per Ioannem Gordonum Hunileosorum Rupelia 1619.*

*Scutum Regium, idest aduersus omnes Regicidas, & Regicidarum Patronos, &c. Authore Georgio Hakemill.
Oxonen.*

*Summarium omnium controuersarum pertingentium Religionem nostris temporibus agitararum, inter Ecclesiam
Romanam, & Ecclesias Reformatas. Per Thomam Portam 1615.*

*Libellus quidam Anonymus, sub nomine Cleri Catholici Valtellinæ inscriptus. Alla Santità di Nostro Sig. Papa
Gregorio XV. Il Clero, & Catholici di Valtellina. Prohibetur tum impressus, tum manuscriptus, atq; etiam ma-
nuscriptus, vbiq; locorum, & sub quouis Idiome.*

In quorum fidem manu, & sigillo Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Beuilacquæ præfens Decretum si-
gnatum, & munitum fuit, die 18. Ianuarij 1622.

Bonifacius Card. Beuilacqua.

Locus † sigilli.


Fr. Franc. Magdalenus Capiferreus Ord. Prad. Sec.

QVOCIRCA Adm. Reu. P. Magr. Michael Messerottus de Bononia Ord. Min. Con. S. Francisci Sac. Theologiae Doctor, & Ciuitatis, ac Dominij Floren. con-
tra hereticam præuatitatem Inquisitor Generalis. Ex præcepto præfate Sacre Congregationis Illustrissimorum DD. S. R. E. Cardinalium supra scriptum Decretum
iterum imprimi curauit, cunctisque cuiusvis gradus, & conditionis, ac preeminentiæ personis siue iurisdictioni subiectis eiusdem strictissimam obseruantiam
mandat, quatenus, qui prænotatos libros in hoc decreto prohibitos, apud se habent, eos in Ciuitate Florentiæ spatio dierum decem sibi ab eius publicatione, ex-
tra verò Ciuitatem dierum viginti Vicarijs huius S. Officij respectiue sub eisdem pænis actu detulisse debeant. Dat. Florent. apud. Inquisitionem, Die x. Feb. 1622.

F. Michael Inquis. Gener. Floren.

F. Barth. Procacciolius
S. Inquis. Flor. Vic.





ULB Halle
005 833 302

3

